



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

I. Ottomannvs I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](#)

1387.  
r deje  
o.  
1437.  
o. 1439  
triacus  
1519.  
ref  
ustero  
o. 1564  
5 1613  
619.  
b. 1613  
. & 11  
eum.  
0  
erium  
eos vo  
can.

cant, sub idem penè tempus, id est, anno Christi 1300. quo Serenissima Domus Austria per Illustrissimos Comites Habsburgenses anno Christi 1273. elevata esset, sumpterit exordium per *Osmanem*, seu *Ottomannum* Tartarum, militem magni Chamii, hominem audacem, & sceleratum prætextu injuriarum quarundam à Tataris recedentem, atque in Cappadocia cum 40. equitibus montes, & aditus insidentem, ac demum profugorum militum, ac mendicorum turmis multiplicatum Cappadociam, Pontum, Bythiniam, Pamphiliam, & Ciliciam invadentem, sæpè in *Aurifodina nostra juris publici commemoravimus verb. Turcicum Imp. pag. 1693. & seqq.* Ubi initium & progressum, vitam, & mores, sævitiam, & crudelitatem, arma, & potentiam contra Christicos intueri, & admirari licebit. Sunt autem Imperatores Orientales Musulmannorum, seu Turcarum sequentes.

## I.

## OTTOMANVS I.

Ertuculis, seu Ortogulis, Tartarici, seu ut alii volunt, Turcici cuiusdam Domini O 4 mini

P  
I  
C

mini filius humilis quidem familie, sed  
alti & magni animi, quem propter milita-  
rem experientiam, & fortitudinem Sar-  
cenorum Sultanus Beglerbegum, vulgo  
Landt-Bogt in Cilicia fecerat, post cu[m]  
obitum an. 1300. quia nullum h[ab]eredem  
reliquit, hic *Osman* vi, & armis successit in  
Imperium. Uxor ejus fuit filia Edebali  
Turcici cuiusdam Prophetae, qui parente  
suo celsitudinem, & gloriam suorum suc-  
cessorum prophetavit, compellavit se do-  
minatorem Asie minoris, seu Anatoliae,  
obiit anno 1328, postquam 28. annos re-  
gnasset, & multos Christianos inclusi-  
set, & crudeliter ad muros civitatum sus-  
pendisset in terrorem. Vide *Aurif.* p. 169.

## II.

## ORCHANES.

Filius Ottomanni I. fecit se primo co-  
ronari, ac Regem appellari, accepta in-  
uxorem filia Regis Caramaniae. Is primus  
duxit Turcas trans Bosphorum in Gra-  
ciam, multosque Christianos, ac integra  
civitates sua humanitate, ac mansuetudine  
apostatare fecit, ac ditiones suas auxit. Ob-  
iit an. 1358. sui regni an. 31. De hoc vide *Au-  
rifod.* pag. 1694.

III. AMI-